



Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

19. Puerum aquis mersum, parentibus incolumen reddit Venetiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

habet funus adire , & ad circum-
stantes affines : Amici , ait, *Mitam*
meam Divo nostro Tolentino ani-
mūs devovi , quem mihi atque il-
li patronum hīc adfore nihil ad-
modum dubito . Ad hæc verba sur-
git è sandapilâ mulier , & certò se
vivere afferit, pioque viro gratias,
gloriam verò vitæ redditæ Nico-
LAO reddit.

Sed nunquam supplices audiit
citius , quām cùm honor Cælitum
consuetus publicè illi datus est . Ve-
neti testimonium dicent . Cùm
enim solenni per urbem supplica-
tione primos SANCTI honores illi
darent, turbaque hominum accur-
rentium innumera omnes plateas
impleret , puer quidam in mare
protrusus , undisque statim hau-
stus, non amplius comparuit . Cum
piscatoribus urinatores quærendo
totum diem perdiderant . Sub ve-
speram exurgit (divino utique im-
pulsu) à fundo puer, enatataque ad
tipam . Interrogatus ubi tam diu
delituisset , respondit ; Adfuisse se
monacho cuidam pullam vestem

19.
Puerum
aquis
mersum
parenti-
bus inco-
larem
reddit
Venetiis,

induto, à quo benignè blanditer
que habitus sit. Facile intellexe-
runt omnes esse exemplum ejus,
quod in Urbe paullò antè contagi-
se rumor attulerat.

20.
Item Ro-
mæ alte-
rum.

Romæ, cùm à Basiliçā Vaticana
ad D. Augustini supplicabundus
Maximus Pontifex iret, clero om-
ni populoque stipatus, SANCTO-
RYM albo NICOLAVM inscriptu-
rus; quod in tali actu fieri amat, ef-
fusa urbs omnis plateas pontem-
que obsidebat. in turbâ erat tubici-
nisi filius, & ipse avidus pompan
oculis suis arbitrari: sed ab æstu
fluctuantis veluti in tempestan
populi deturbatus est in Tiberim
Mater quiritare, & in auxilium
pueri, quem rapidi fluminis vorter
jam absorbuerat, non neminem in-
vocare. Extrahitur tandem, sed ca-
daver. Pater interea virili quadam
confidentia compellare NICO-
LAVM, & rogare, ut recitata de si-
tam multa prodigia palam nunc
probet novo miraculo. Non expe-
ctavit longiores preces Divus no-
ster. Puer è vestigio os oculosque

ape-